



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Mendacium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

qui multis simulationum involucris tegeteretur, essetque occultæ multiplicisque naturæ, per pictam Sepiam notabant.

MENDACIUM. CAP. LXIII.

*Huc spectat quod Maceon apud Athenæum de Sepia. Quia cum sit piscis, sola album nobis atrum.*

**A**lii mendacium ex hoc figmento intelligi volunt: propterea, quod ut Grammaticus Trypho ait, οὗ τοῖς ἐχάτοις μέγιστος μελαίνεται καὶ ἀμαυροῦται, in extremis quippe partibus nigrescit, & obscuratur. Callidi enim impostores, mendaciorumque confectores, solent semper aliqua prædicere, quæ vera, clara & aperta videantur, quibus inspectandis dum oculi sunt intentiores, altitudo mendacii nubem offendunt. Quoniam vero atramentum id, quo sese occultit effuso, in cauda est, ea de causa Melanuros appellatur. Atque hoc Pythagoram intellexisse volunt cum præcipit, μή γὰρ ὁδοῦ τῶν μελανύρων, de iis, quæ nigra sunt cauda gustandum non esse. In hanc sententiam præclare Cicero ad Q. Fratrem: *Multis enim simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura, frons, oculi, vultus persape mentiuntur, oratio verissimissime.*

IMPROBITAS. CAP. LXIV.

*Hor. i. Ser. Nigri seu atris hieroglyphicum.*

**Q**uod tamen symbolum Plutarchus libro *De libris educandis*, ita interpretatur, ut subostendat edicat commercium cum improbis non habendum, eos scilicet, qui à virtute ad turpitudinem se recipiant fugiendos. Nam & apud Romanos, nigrum vel atrum pro moribus infamibus & perniciosis accipitur. Hinc illud divulgatum: *Hic niger est, hunc tu Romane caveo.* Porro dies atris quibus infauti inauspicati, lugubres, & infelices appellantur: quamvis nostri vulgo dies atros intelligunt, qui jejuniis destinati sunt, quibus quidem & corpus macerandum, & à carniū deliciis præcipitur abstinendum.

LITERÆ. CAP. LXV.

*Contra. Atrum ἢ μελαίνον ὀνόμαζον album dicitur aere. Plut. in Pericle.*

**Æ**gyptii sane cum literas significare vellent, juncum, cibrum, & Sepiam ponebunt, de quibus sigillatim disputare alterius loci est: nam eorum omnium, quæ literas & diciplinas indicarent, certum conscripsimus commentarium. Quod vero ad Sepiam attinet, quæ pro Theca atramentaria poni solita sit, ac perinde literas scripturamque ipsam significet, non apud Ægyptios tantum habetur, verum & apud nostros, uti Persianum illud ostendit: *Tum quaritur, missus calamo quod pendeat humor, Nigri quod infusa vaneat Sepia lympha.* Atramentum sane Græci σηπίονον appellant, Tholus vero est Aristoteli, qui Σεπία inest. Hesichius ex eo vocabulo turbamentum interpretatur: id enim πῦργος γυμνός ostendit.

VIRI AMOR IN MULIEREM INFIDAM. CAP. LXVI.

*Auxilium mulieri à viro, non viro à muliere.*

**S**unt qui amorem conjugalem in viro firmum, in fœmina lubricum, significare si velint, Sepiam stridente confosam, pro istiusmodi rei hieroglyphico faciant: propterea quod in eo genere, si fœmina percussa fuerit, accurrit mas opem allaturus, fœminæque quacumque potest ope auxiliari contendit: quod si mas ictus fuerit, fœmina sui tantum sollicita, quamprimum fuga sibi salutem quarit.

TEMPESTAS. CAP. LXVII.

*A Plin. l. 9. cap. 29.*

**S**unt & tempestatis argumentum Sepiæ: nam pictæ, ita ut in aqua summum exiliant, magnas procellas paulo post erupturas indicant. Causam reddit Plutarchus: quia cum mollia omnia frigore impendio caveant: hæc una præcipue cum sit ea carnis nuditate mollitieque: neque testa, neque pelle, neque squamis munita, sed unum tantum tegumentum osseum in dorso sortita, tempestatem facillime præsentit: igitur veluti frigus evasura, neque non agitationes, quæ in imo mari fiunt, exilire, & incommodum illud videntur evitare. Quare Polypus etiam pari propemodum mollitie præditus, ad terram properat, seque petris alligat, ventorum jamjam adventantium portentum.

DE PURPURA. CAP. LXVIII.

*Longitudi- ni digitali.*

**I**n hunc gregem veniet & Purpura, suis & ipsa significationibus insignis, de animali quidem, non de colore, qui loco alio tractandus est, præfens erit examinatio.

MALE